

De animalibus quae pestilentia aegrotabant

Hanc fabellam narravit Francogallus auctor Jean de La Fontaine, qui vixit saeculo XVII. In fabella sunt verba, quae nota non sunt hominibus antiquis sed Christianis tantum (exempli causa Monasterium, peccatum, confiteri). Nobis videbatur alicuius momenti loqui de pestilentia.

Dei punire volebant animalia, quae – omnia – mala et improba erant, et in terras malum magnum et terribile miserunt: pestilentiam. Hic morbus una hora ducere poterat ad mortem mille animalia. Nemo iam se curare volebant, nec ēsse, nec quicquam facere, nec aves canebant. Tum Leo ad se omnia animalia vocavit, quae advenerunt eum auditum. Cum omnes aderant, iis dixit: «Amici, dei iudicant quodque animal malum esse, et volunt nos punire. Necesse est petere inter nos illam bestiam quae pessima est. Ipsi hanc bestiam puniemus et ei mortem dabimus. Nam saepe boni, malos necantes, se ipsos servant. Ergo e nobis, pessimam bestiam necantibus, et hoc modo pestilentia a diis eicietur. Iubeo quemque e nobis peccata¹ sua ante omnes confiteri². Primus de mendis meis dicam: amo ēsse non tantum ovium carnes sed etiam carnes pastorum. Me iudicate³ et, si vultis me condemnare⁴, paratus⁵ sum ad mortem!». Ei respondit Vulpes: «Tu optimus es omnium regum⁶. Nemo putat te malum esse. Nam ut herbam ēst ovis, ita oves ēst leo. Contra gaudent et laetan-

¹ Peccatum, i = peccato

² Confiteor, eris, essus sum, eri = confessare

³ Iudico, as, avi, atum, are = giudicare

⁴ Condemno, as, avi, atum, are = condannare

⁵ Paratus, a, um = preparato, pronto

⁶ Rex, regis = re

tur oves pastoresque qui cibis tibi fiunt.» Lupi, tigrides et ursi laeti vulpis verba probaverunt, quia ipsi carnes edebant. Tum adivit Asinus, qui ex omnibus animalibus patientissimus et mitissimus est, et dixit: «Ad vos vēni peccata mea confessum. Monasterium est prope silvam ubi vivo. Olim in hortum monasterii intravi, ubi herba tenera erat et, Diabolo favente, illā herbā os meum implevi». Lupus clamavit hoc peccatum esse. Statim proba animalia, irata, Asinum improbum petiverunt et occiderunt. Quid haec fabella docet? Hoc didicimus: semper ii, qui potentissimi sunt, candidi sunt tam quam lilia, at ii, qui miseri sunt, atri iudicantur tam quam carbones.

(Ivana Milani)